



INCIPIT APOLLOGETICUS IN LATINUM  
TRANS LATUS E GRECO FELICITER

**V**ICTUSSUM. ET FATEOR ME ESSE SUPERATUM.  
 subiectus sum dño & obsequium dignum & enim est ut mihi beatus  
 dauid adaperiat sermonis exordium. Immo uero ille ipse qui in dauid loque-  
 batur. & qui etiam nunc per eum loquitur. optimus namq. ordo est ut totius  
 uel uerbi uel operis. ut ad ñobis origo sumatur. & in dño consummatio referat.  
 Causa pro qua dudum uelut taedio quodam & indignatione superatus. abcessi.  
 & elongau fugeris & habitau in deserto non par uo tempore. Alia fortassis  
 aliis uideatur. his qui uel odio ergane ut fieri solet uel amore detinentur.  
 & id quod tunc fieri quidam uidebamur. etiam nunc. nunc uero mansueuimus.  
 & regressi sumus. in hoc quod ante fugeramus. Alius quidem culpam in constan-  
 tia. Alius amplectitur factum. nihil enim hominib; suauius quam aliena  
 loqui & aliena curare. maxime si eueniat uel odio aliquos uel amore praeueniri.  
 a quib; praecipuae semper occultatur ueritas & furatur. Alii igitur. ut dixi  
 putent alia. ego uero absq. omni uerecundia quod uerum est in medium pro-  
 feram. utriusq. partib; satisfaciens. id est tam his qui affectu in nos. quam etiam  
 his qui odio permouentur. In quibusdam quidem. ipsemet accusator existens.  
 pro quibusdam uero etiam satisfaciens. & ut nobis secundum ordinem sermo  
 procedat. primo de formidine a me tu pristino differam. Neq. enim  
 patiar in me suspiciones cuiquam remanere. eorum qui uel bona nostra uel con-  
 traria curiosa examinatione discutunt. est enim & hoc religionis officium.  
 ut ubi satisfactio curare si qui illi forte sunt. qui uidentur suspicionum  
 speculis uulnerati. qm quidem per optimum est. ut neq. peccando quis. neque  
 positus in suspicionem peccati. si fieri potest & non indulget. offendiculum  
 fratribus ponat aut scandalum. scimus <sup>enim</sup> scandalizanti unum ex minimis qua  
 sit ad ño grauis. unum aduersio constituta. ego igitur optimi & religiosi uiri.